

**RESPUESTAS DE LA COMISION DE INTERPRETES
DE 5 DE JULIO DE 1985. TEXTO Y COMENTARIO**

1. Texto *

PONTIFICIA COMMISSIO
CODICI IURIS CANONICI AUTHENTICE INTERPRETANDO

Patres Pontificiae Commissionis Codici iuris canonici authentice interpretando, propositis in plenario coetu diei 14 maii 1985, quae sequuntur dubiis, respondendum esse censuerunt ut infra ad singula:

I

De decretis generalibus exsecutoriis

- D. Utrum sub locutione «decreta generalia» de qua in can. 455, § 1, veniant etiam decreta generalia exsecutoria de quibus in cann. 31-33.
R. *Affirmative.*

II

De Superiore eiusque Consilio

- D. Utrum cum iure statuatur ad actus ponendos Superiorem indigere consensu alicuius Collegii vel personarum coetus, ad normam can. 127, § 1, ipse Superior ius habeat ferendi suffragium cum aliis, saltem ad paritatem suffragiorum dirimendam.
R. *Negative.*

III

De dispensatione a forma canonica matrimonii

- D. Utrum extra casum urgentis mortis periculo Episcopus dioecesanus, ad normam can. 87, § 1, dispensare valeat a forma canonica in matrimonio duorum catholicorum.
R. *Negative.*

Summus Pontifex Ioannes Paulus II in Audientia die 5 iulii 1985 infrascripto impertita, de supradictis decisionibus certior factus, eas publicari iussit.

ROSALIUS IOSEPHUS Card. CASTILLO LARA, *Praeses*

Julianus Herranz, *a Secretis*

* AAS 77 (1985) 771.